

HISTORIA TO
BIAE CARMINE REDDITA
& dedicata.

NOBILI AC CLARO VIR O, VIR
tute, pietate, sapientia, & doctrina præstanti,
Domino Guolfango Carolo Rechlinge,
ro, Patritio Augustensi, clarissimo, Do
mino suo ac optimo Mæcenati,
summa ac debita obseruantia
colendo, à
M. Ioanne Schihelio Monacensi.



Commenda Deo niam tuam er ipse faciet.

1568.

T'Obiam mea musa canit: quē stemmate natum
Naphthalidum, pietate grauem dilexit olympi
Rector: in aduersis capto fuit auxiliator

Verus erat namq; hic diuinis inuigilando
Præceptis solitus vitæ deperdere tempus:
Nec comes ad vitulos ibat, quos impius olím
Ieroboam in summo mandarat ponere monte:
Pendebat denis semper de partibus vnam,
Pauperibus: puerō fuit hæc tum maxima cura:
Annis sed crescens vxorem duxit honestam
Ex qua concepit natum, quem nomen & æquum
Fecit habere sibi, factis nec defuit omen
Nam simiils patri factis & moribus extans
Semper ad æternum fudit pia vota parentem:

Cum captiç; senex puer & castissima coniunx
Incolerent Niniuen, timuit contingere carnes
Gentilium: reliqui fratres quas mandere passim
Haud timuere: fuit tanta constantia sancti
Et locat argenti pondus sibi sanguine iuncto
Gabel Ragensi miseris conuiuia præbet
Solatur tristes cæsisq; tyrannide Regis
More pio patrum exequias persoluit iustas:
Singula quid referam nil non laudabile fecit

Illa dies igitur supremum tempus in vrbe

A ñ To;

Tobiæ fuerat regi cum cuncta tulisset
Impia turba suo: sed iusta vindicis ira
Cæditur à natis proprijs rex atq; redire

Tobias audet senior coniuxq; puerq;

Post vbi Festa dies, domino celebranda fuisset,
Splendida vir domini sanctis coniuicia præbens
Audijt à nato misso ad coniuicia iustos
Accitum:Pater ecce iacet nunc impie cæsus
Israelita alius:quæ postquam dicta dedisset
Exilit æde senex humeris sublataq; cæsi
Corpora ferre parat, tectis abscondere tandem
Conteriturq; dies luctu tremor occupat artus.

Sed postquam venit tristissima noctis imago
Inuitis cunctis dominis tamen auctus amore
Frígida defuncti mandauit membra sepulchro
Contigit interea fessus cum membra quieti
Redderet, vt nido caderent(heu)stercora progenes
Quæ miseriis dempserere senis sua lumina ocellis
Exprobrat hinc sancto vitium cognatus & vxor
Hœdi de furto faceret cum plurima verba

Ille tamen domino fidens sua damna leuabat
Alloquiturq; Dœum dictis, quem cuncta timere
Fas: Aeterne pater iustis qui legibus orbem
Ire iubes veri nomen tibi conuenit vni

Sis

Sis memor indigni clara te voce vocantis
Nam tibi peccavi soli tua numina læsi
Contra mandantis voces mala plurima feci
Tempus adesse precor: liceat quo claudere vitam
Inq; tuo sanctis viuum colludere regnu

Illa eademq; dies, Raguelis nomine Saram
Natam præ domini facie pia fundere vota
Fecit vt Ancillæ sensit maledicta superbæ
Vah me dicentis quæuis occidere tanquam
Septem coniugio fueras quibus improba iuncta.

Audijt ista Deus faciles & præbuit aures
Amborum precibus Raphaël decq; æthere mittit
Curatum miseris nec spe viuentes inani.

Hæc ubi diuersis diuersa in parte geruntur
Voce vocat natum genitor cui talia fatur:
Nate vbi vana mei terris discedet imago.
Pallida perfuncti mandabis viscera terræ:
Decq; tua causa matris quæ maxima damna
Pertulit esto memor defunctæ membraq; membris
Adde meis dominum cunctis venerare diebus
Vnius vxoris castæ tenearis amore
Plurima quæ patrem faciat te prole beatum
Pauperibusq; dato rerum si copia tibi
Si cui debueris quicquam persoluito statim

Alter

Alteri nec facias fieri quod non tibi velles
Semper & àgnaris rerum consilia quære
Insuper argenti pondus dedi sanguine iuncto
Gabelo repetas istud comitatus amico
Hæc vbi dicta dedit contrasic filius infit
Omnes mandantis uoces seruare meum sit
Care pater summā argenti sed quomodo quæram
Cogerer ignotam ignotus percurrere terram
Effatus siluit genitor contrarius ibat
Est mihi namque manu scriptum quod arauit amica
Hoc vbi monfiraris poteris extrudere pondus
Quod superest socium tecum qui casus & omnes
Conductus precio possit peruincere quære.
Exint hinc natus iuuenem pulcherrime cinctum
Vestibus & ferro reperit cui talia fatur.
Paucis, ignorans domini quod nuncius esset
Dicas o*iuuenis quis sis & quibus ab oris*
Anque tibi notum Medorum ducat ad arua
Quæ via: numque tibi comiteme me iungere cordi.
Ast ego Iacabo prognatus nuncius illi
Inquit: Medorum nec me via fallit euntem
Omnia nam lustrans perplexū iter omne reuolui
Hospitiumque dedit Gabel pro more benignos
Hæc vbi dicta puer patri retulisset amica

Egres,

Egressus iuuenem subter fastigia testa
Dicit: quem iuuenis dictis compellat amicis
Sint tibi sancte senex domui pia gaudia semper.
Gaudia cur domui vobis cur gaudia dicis
Sidera cum noctis solis cum lumina visu
Candida non sentire queam senior referebat.

Angelus his contra dictis solatur amicum
Lætus vt esse velis moneo nam gaudia tempus
Maxima quæcum dabit dominus cum ferre salutem
Ceperit: auxiliūcum dies quod proximus instet
Dico: T obias sequitur sed talibus ipsum.
Dic formose puer qui te genuere parentes
Saluum nunque potis natum deducere ad urbem
Rages: Hic contra quærenti talia fatur
Cur genus & proauos miseri cur stemmata quæris
Pauperies quæ sua labor quemque improbus vrget
Sed ne sollicitum reddam te percipe paucis
Azariæ nomen nobis sed magni Ananiæ
Patri: quod restat natum deducere saluum
Est animus semperque manens immota voluntas.
Omnibus vtque puer tandem valedixit amicis
Discessere duo iuuenes: pulcherrimus vt alter
Angelus à Domino missus: sed filius alter
Tobiae: sequitur genitrix quem plurima votis

Progressi,

Progressiꝝ viam mansere ad limina tygris
Cumꝝ lauare pedes Tobias fessus eundo.
Vellet: tum freta deſtituunt ad littora pifcem
Horrendū immanem ingentem: qui corpore obfus
Fauces pandebat cupidus consumere membra
Tobiæ iuuenis sed eum compendere iussus
In terram traxit: manibus quoꝝ viscera nudat
Seruat & admonitu comitis fel, vascula cordis
Epar: & ingentis carnes ac viscera torret
Relliquias: in via secum quas sumere posset.
Dic o fide comes medicamina qualia possint
Partibus ex iftis componi filius inquit
Tobiæ: retulit contra ſed talia fidus
Exiguam cordis partem in carbone reponas
Vito dæmonij fumus genus omnię repellat
Atri ſed fellis fructrum perdiſcito talem
Si quis cognatus laborarit lumine forſan
Lumina fac vngas iſto dolor omnis abibit
Utꝝ viæ multum iuuenes post terga relinquunt
Affatur comitem Tobias talibus vltro
Cuius en hospitio ſucepti tecta ſubimus

Angelus at contra respondens talia dicit
Est vir diuinus Raguel quem nomine dicunt
Hic: tibi propinquusq; tuo de ſtemmate natus

Filius

Filius huic fato diuum, proles q; uirilis
Nulla eſt: Sol a domum tantam ſed filia ſeruat
Iam matura uiro: quam tu ſociam tibi iungi
Pofcas: namq; hominis omnis ſubſtantia uobis
Debetur tua ſint quæ cunq; domus tenet ampla
Sed iuuenis contra ſuadentem talia profert
Hanc ego quam dicas ſeptem nupsiffe maritis
Audieram atq; illos Sathanæ occubuisse furorē
Sic quoq; dæmonij forſan ſuccumberem in armis
Atq; caput patrium stygias detruderem ad undas
Angelus at contra: uexat quos dira libido,
Nec timor ullus habet ſummi qui cuncta creauit
Hos potis eſt dæmon multis tentare periclis:
Sed mage tu duplices tendens ad ſidera palmas
Iuppiter ut ceptis æquus ſit cepta ſecundet
Expete: & obſcura noctis ſub imagine partem
Epatiſ incendas fugiet tum dæmon abinde
Altera ſed tandem admittet te more piorum
Nox horrenda ſatis benedicet tertia uobis
Quartaq; deſponsam primo tibi iunget amicam
Noxque petita diu lacrymis optataq; multis.

Progressi interea Raguelis tecta ſubibant
Sufcipit hic ambos gaudens epulasq; minifrat
Contiuuq; hærens Tobias: talia dicit

Amen

B

Omnia

Omnia cognata tum referunt vocesq; colorq;
Dicite sed iuuenes qui nam estis & vnde oriundi
Quo ue tenetis iter, cur, quidue refertis

Illi sed contra quærenti talia fantur
Nos sumus ex Niniueni capti de stirpeq; nati
Naphtalidum pressiç; malis duroç; labore
Inquit vt hic nostis Tobiam: nuncius illi
Cumq; diu multis nulli virtute secundum
Diceret antiquum Tobiam: nouimus illi
En pater istius Tobias laudibus æquas
Cunctis quem verè nec enim virtutibus ulli
Cedit: diuinis semper pia cura ministris

Audijt hæc vbi dicta senex effundere fletus
Cepit & amplexus iuuensem pñabasia fixit
Vxor quem lacrymis sequitur formosaq; nata
Nec non & vario lucem sermone trahentes
Iussit cognatos stratis accumbere mensis.
Abnuit at iuuenis tacita sub mente volutans
Fœdera promissi thalami lætosq; hymenæos
Taliaq; vt primum dicit data copia fandi
Cum tibi sit plenis iam filia nubilis annis
Hanc mihi de sponsam tradas ac fœdere firmo
Connubij necetas quod nil nisi acerba valebit
Rumpere mors: nec enim nunc sumere caries

Pocula

Pocula nonq; volo dextra ni pñgnora firmas
Dixerat: hic stupidus terræ sua lumina figit
Multæ gemens tristisq; necem sub pectore versans
Septem: quos gnatæ dederat ppriosq; dicaraturas
Angelus at timidum iuueni nec verba ferentem
Hortatur subito dictis atq; increpat vltro
Multæ viri virtus: timeas ne iungere natam
Haudq; viris alijs fuit hunc fas nubere propter
Ille. Evidem mirabor si non alta Deorum
Audisset sedes gemitus: lacrymasq; fluentes
Vidisset: nec enim sine numine diuum
Vt reor accedit iuuensem conuersus adibat
Heus confide puer continget filia vobis
Dextera nam fidei testis, natæ accipe dextram
Ferrique inde iubet mensas & fercula ponit
Inque cubile aliud duxit stratisq; locauit
Natam de flentem casus miserosq; labores
Tristia fata sibi, famæ nocumenta pudicæ
Comestis dapibus positis mensisq; remotis
Gaudentem thalamo sponsum ceptisq; hymenæis
Adducunt sponsæ verbí memor ille relati
Epar succedit Raphaël tum dæmona vincit
Et memor ille precum de lecto surgere Saram
Iussit, & instantes, pñcibus nitiduæ theræ complent

B ñ O pater

O pater alti tonans tierbo qui cuncta creasti
Sidera te cœli, terræ, tecum & quora cantant
Flumina te laudant fontes præconia dicunt.
Non necrit ue fana Venus nec dira libido
Vincula connubij sed amor & cura nepotum
Respice nos miseros longæuae tempora uitæ
Afflictis cedas fugiat discordia demens.

Ast ubi cristatus noctis denunciar ales
Tempora: cum seruis Raguel fodere sepulchrum
Ante diem possent cæsum quo condere terræ
Viuere sed postquam seruæ percepit abore
Ambos: ille Deo cantat præconia ludis
Et iubet effosum seruos complere barathrum
Instauratq; epulas & bacchi dona ministrat.

Inde uiæ comiti uerbis persuadet amicis
Tobias, soceriblando sermone retentus
Ut iter ad Persas tendat pondusq; recapitet
Quod pater agnato dederat usuq; locarat.

Angelus at monitu iuuenis discessit ab inde
Argenti recipit pondus scriptumq; rependit
Hortatur secum ueniens ut festa celebret
Agnati iuuenis sequitur uestigia Gabel.

Post ubi progressi Raguelis tecta subibant
Inueniunt iuuenem mensis accumbere loatis

Qui

Qui cum conspexit faciem uenientis amicif
Profilat ac saluum gaudet vidisse sobrinum.

Interea senior tristis diuum erat omne
Tempus & expectat natum multamq; volutat
Pectore, sollicitus curam: quæ causa morandi
Computat & cur nam tam longum filius abiit.
Hanna sed illacrimans dulci præfatur amore.
Nate meæ vires mea sola & fera voluptas
Solamenq; mali, requies, spes sola nepotum
Cur te non nostri tenuere cubilia tecti
Ah lacrymosa dies qua te dimisimus vltro

Hanc natum miserè flentem solatur abunde
Tobias: nec enim Domino diffidere quiuit
Filius ah taceas sanus: fido comitatus
Discessit socio: tristem sed ille nequicquam
Solatur: resonare docet penetralia natum
Quotidie excurrens camposq; aditusq; respectat

Interea iuuenem precibus cum flectere nullis
Posset, dimittit Raguel, natam quoq; verbis
Hortatur socero veros ut præstet honores
Coniugis ante alios firmo teneatur amore
Commissamq; domum vigili tueatur ut arte

Discessit iuuenis soceri cum dona recepit
Iamq; iter emensi medium Haræ alta videbant

B iii

Teg

Tegmina: Tobian dicitis affatur amicis
Angelus: heus eadem forsan sententia menti
Si sedet & celeri mecum vis pergere gressu
Coniugi dic tardē legat vt vestigia nostra

Progressus patrias postquam peruenit ad ædes

Filius, & cari genitoris lumina felle

(Iussu quod tales socij seruarat in usus.)

Vnxit: disiunt tenebras lucemq; receptant

Lumina clara diei noctis cum sidera cernit

Communi domino decantant carmina voce

Septima sed postquam sparsit sua lumina phœbus

Ad properat tectis natū castissima coniux

Dona ferens Raguel, dotem, quæ iussit habere

Inde viæ comitem verbis seniorq; puerq;

Hortantur cunctis medium de sumere donis

Sed negat & qui sit primum tunc ordine pandit

Hinc iubet hos semper venerari numina diuum

Euanuit dicto, tenues sublatus in auras.

Fide Deo quicunq; graues sub corde dolores

Veras: hic miser os magna defendit opum vi.

F I N I S.

